

**Disputatio XV. De
resvrrrectione mortvorvm.
Respondente Henrico
Henrici Holl...**

Mancelius, Georg,

11 Ba Mancelius



69.

XIX. Quod autem animas defunctorum ex Purgatorio ad nos redire, & hominum preces, Missas atq; suffragia flagitare dicunt, id merum commentum, & Diabolorum, pro Sanctorum animabus se venditantium, apparitiones esse intrepidè asserimus.

Corollar.


1. Reg. 28. Fictitius non verus Samuel Sauli sistitur à Pythonissâ.

**Disputatio XV.
DE RESURRECTIONE
MORTUORVM.**

Respondente HENRICO HENRICI
Hollolensi.

a. d. 6. Septembr.

I.

 Mnes omninò homines, qui unquam à condito mundo, ad extremi iudicii seu consummationis seculi momentum, mortui fuerint, voce Christi redeuntis ad Iudicium, ad vitam excitandos & resurrecturos esse, firmiter credim9.

II. Nam Daniel *6. 12. v. 2.* & CHRISTUS *Ioh. 5. v. 24.* prædicunt, eos, qui in monumentis dormiant, evigilaturos, & audi-

audituros vocem Filii Dei, & prodituros, qui quidem bona fecerint, in resurrectionem vitæ; qui autem malum, in resurrectionem Judicii & æternum opprobrium.

III. Paulus non modò ipsius Resurrectionis crebrò meminit *1. Theß. 4. v. 1.* sed etiam diversam conditionem inter eos, quos novissimus dies deprehendet, & eos, qui resurrecturi sunt, eorumq; ordinem, dictante Spiritu S. revelavit.

IV. Quin adeò firmam nostram Resurrectionem esse concludit, ut Resurrectio Christi neganda sit priùs, quàm nostra infringatur, *1. Cor. 15. v. 13. 20.*

V. Quandoquidem nemo sanus Capiti resurrectionem tribuere, ejusdem autè veris vivisq; Membris eandem derogare ausit, *Eph. 1. v. 22. 6. 5. v. 23.*

VI. Et quid aliud voluit Deus assumendo Henochum *Gen. 5. v. 24.* & Heliam *4. Reg. 2. v. 11.* morte non interveniente, in cælum; & suscitatione speciali quorundam mortuorum tam in V. quam in novo Testamento, nisi quòd possit & velit nostra quoq; corpora, in universali carnis resurrectione resuscitare?

VII. Et cum Mors inter opera Diaboli, quæ Filius Dei destruere debuit *1. Joh. 3. v. 1.* non minimum fuerit, quomodo eam aboleo

abolevisset, *Ose, 13. v. 14. 1. Cor. 15. v. 55. si Mortui non resurgent?*

IIx. Resurget autem corpus τὸ αὐτὸ h. e. idem numero quoad substantiam, *Job. 19. v. 25. 26. 27.* sed non τὸ αὐτὸ, h. e. non tale quoad qualitates *1. Cor. 15.* quod in hoc Mundo habuimus.

IX. Resuscitatis omnibus iis, qui à con-
dito mundo defuncti sunt, & unà cum vi-
vis superstitibus in unum collectis, initi-
um extremi iudicii fiet.

X. De quo Prophetæ, *P. 9. v. 8. 9. Esa. 13. v. 9. 6. 66. v. 15. CHRISTUS Job 5. v. 28 & Aposto-
li, Act. 17. v. 31. Rom. 2. v. 5. 6. 14. v. 10. 2. Cor. 5. v. 10.* crebrò sunt vaticinati, non obscure innu-
entes, ideò resurrectionē mortuorū fore,
ut sitatur omnes homines tribunali Dei.

XI. In eò Judex erit Christus *Job. 5. v. 22. 27. Act. 1. v. 11. 1. 10. v. 42. 2. Tim. 4. v. 1.* Deus & Homo, cui omne iudiciū est traditū, quia Filius hominis: & quidem visibilis *Matth. 25. v. 31 &c.* cum ipsum quoque Ju-
diciū visibile futurum sit.

XII. Homines congregati singuli *Matth. 12. v. 36. Rom. 2. v. 2. 3. 2. Cor. 5. v. 7. 10.* rationem reddent eorum, quæ egerunt in vita, sive ea aperta sive occulta fuerint.

XIII. Tàm segregatis bonis à malis, tan-
quam ovibus ab hircis, & collocatis his à
sua-

nistris, illis verò à dextris, pronuntiabitur sententia secundum illud Christi *Marc. 16. v. 16.* Qui crediderit & baptizatus fuerit, salvus erit: qui verò non crediderit, condemnabitur.

XIV. Quibus peractis sequetur Executio, quod alii in vitam æternam, alii verò in Infernum sunt abituri, *Esa. 66. v. 24. Matth. 5. v. 28. c. 8. v. 12. Apoc. 19. v. 20.*

XV. Quanquam autem Scriptura locum nuspiam noter, quo Impii pœnis afficiendi sint; de eo tamen minimè est dubitandum, & sufficiat nos scire, cruciatus Inferni intolerabiles & æternos fore, *Esa. 66. v. 24. Matth. 3. v. 12. c. 25. v. 41. 2. Theß. 1. v. 9. Apoc. 9. v. 6.*

XVI. Sicut autem Impii suorum peccatorum pœnas dabunt: ita Pii æterno gaudio in vitâ illâ beatâ perfruentur, *Dan. 12. v. 12. Job. 3. v. 16. c. 6. v. 40. c. 10. v. 27.*

XVII. Quid ea sit, balbutire aliquo modò, explicare autem non possumus: cum oculus non viderit, nec auris audierit, nec in cor hominis descenderit, quod Deus se diligentibus preparavit, *Esa. 64. v. 4. 1. Cor. 2. v. 9.*

XVIII. Ejus Typum aliquem Christus in monte Thabor conspiciendum exhibuit *Matt. 17. v. 2. 3. 4.*

XIX. Quemadmodum autem in infernò gradus pœnarum erunt *Matth. 11. v. 21. c. 23. v. 14. Luc. 12. v. 47. Sap. 6. v. 6.* ita quoq; in vitâ æternâ discrimen gloriæ, *Dan. 12. v. 3. Rom. 2. v. 6. 1. Cor. 15. v. 41.*

XX. In quâ non modo omnes fideles homines & beatos Angelos agniture, sed etiam Deum à facie ad faciem adspecturi, eumq; in æternum celebraturi sumus, *Apos. 14. v. 3. Ps. 84. v. 8. Matth. 17. v. 3. Job. 14. v. 3. 1. Cor. 13. v. 12. 1. Theß. 4. v. 17.*

A M E N.